UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Officium

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Idem dixit, Oportere domum maxime ſimilem fieri ciuitati, quæ regno gubernatur. *Stob.ſer.*83.

Cleobulus optimum œconomum inde iudicabat, ſi plures haberet ſui amantes, quam metuentes. *ibid.*

Bias dicere ſolitus erat, eam familiam eſſe optimam, in qua dominus ſponte ſit huiusmodi, qualis propter legem foris eſt, *Stob.eod. ſerm.*

Pittacus optime conſtitutam eſſe domum pronunciauit, cui ſuperfluum nihil abundet, & neceſſarium nihil deſit. *Stobæus ſermon. eodem.*

Solon optimum œconomum eſſe' dixit, in cuius familia pecuniæ non iniuſtæ poſſideantur, nec difficulter cuſtodiantur, neque propter ſumptus pœnitudinem adferant. *ibid.*

Theano, cuidam percontanti, quanam ratione celebris euaſura eſſet? reſpondit: Contexens telam, & meum curans coniugium. Senſit autem mulier ornatiſſima, tum demum claram ſe fore, ſi amaret maritum, probe educaret filios: & rem domeſticam ſedulo curaret. *Stob.ſer.*27.

Lycurgus audiens quendam, qui Democratiam mirum in modum probabat. Quin tu, inquit, primum domui tuæ democratiam, hoc eſt, commune imperium inſtituis? Docuit autem compendioſiſſime, eam gubernationem Reipublicæ pernitioſam fore, quam nemo vellet eſſe in ſua familia. *Plut. in Lacon.*

Themiſtocles cum ex duobus filiam ſuam ambientibus bonis moribus præditum diuiti prætuliſſet: virum ſe quærere dixit potius ſine pecuniis, quam pecunias ſine viro. Senſit autem vir prudentiſſimus, non obſtare paupertatem hominum vitæ, ſi quis rem domeſticam pro viribus curare, cum tota ſua familia cupiat. *Stobæus.*

M. Cato. Cum ex Catone quæreretur, quid maxime in re familiari expediret? reſpondit. Bene paſcere. Quid ſecundum? ſatis bene paſcere. Quid tertium? bene veſtire. Quid quartum? bene arare. *Cic.lib.2.Offic.*

¶ Similitvdines.

Plutarchi. Vt potionem temperatam, etſi plus inſit aquæ, vinum tamen appellamus: Ita ſubſtantiam & rem familiarem quamuis plus vxor contulerit, mariti dici oportet. *In præceptis nuptial. Meminit & Stob.ſer.*72.

Duabus vocibus ſimul ſonantibus gratior fit concentus: Ita quicquid fit in familia, fit quidem vtriusque conſenſu, ſed tamen arbitrio mariti. *apud Eraſmum.*

Briſonis. Quemadmodum catenæ circuli mutuo complexu hærent, ſeq; inuicem ſequuntur: & ſi vnum ex eis, quemcunq; tandem attrahas, tota catena cum ſuo principio cõſequetur: Ita etiam quicquid in vitæ negotiis tibi ſumas, reliqua neceſſario ſequi, & ordine continuo ſuccedentia deprehendes. *In œconom. Vnde mutuatus eſt Stob.ſer.*83.

Thriuers. Nihil intolerabilius, quam ancilla, quæ conſuetudinem habet cum domino: Et nil ſeruilius, quam dominus, cuius ſecreta peccata cognoſcit ſeruus. *in apoph.* 97.

Offenſio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

OFfenſio, Græce πρόσκοψις, ιος, ἡ: vel πρόσκομμα, ατος, τὸ, & προσκόπτω, offendo dicitur. Hebr. *Kiſſchalon.* dicitur, à verbo *Caſchal*, impegit, offendit, corruendo impegit, corruit. Vide Scandalum, vbi plura de offenſione & offendiculo. Offendere & Defendere proprie contraria ſunt. Nam offendere, eſt incurrere in aliquid atque incidere. Terent. *Offendi aduenienſ quendam mei loc. hinc atq; ordinis hominem.* Defendere vero eſt impellere. Quoniam vero qui incidunt in aliquid, lędere ſępe ſolent id, in quod incidunt, & è contrario, qui depellunt, tuentur: factum eſt, vt offendere frequentiſſime pro lædere vſurpetur, & defendere pro tueri, & quaſi vim depellere. Offendere aliquando eſt inuenire. Varro *Romam regreſſus, ibi nil offendi, quod ante annos quinquaginta reliquerim.* [illegible] offendo offendiculum, quod ſignificat impedimentum, obſtaculum, & offenſam.

Offenſio atque offenſa ita differunt, quod offenſio ſemper paſſiue accipiatur, offenſa vero actiue. Cicero; *In corpore ægro odioſa eſt omnis offenſio.* Idem: *Cum tot eius offenſas pati non poſſem, inde diſceſſi.*

¶ Loci Biblici.

Offenſiones vitandæ, & quomodo, *Rom.*3.8. *&* 6.9.1.14. *&* 16.17. 1.*Cor.*9.22.2.*Tim.*2.19.

¶ Similitvdines.

Plutarchi. Vt medici eas febres, quæ ab incertis cauſis paulatim collectis eueniunt, magis ſuſpectas habent & timent, quam quæ manifeſtas magnasque cauſas habent: Sic latentes plerunque [illegible] uæque, & frequentes, ac quotidianæ viri atque vxoris offenſæ [illegible] gis eos diſiungunt, & vitæ conſortium labefactant. *In* [illegible] *præceptis: vnde mutuo ſumpſit Stob.ſer.*72.

Plinij. Ter nouenis crabronum ictibus interfici hominem [illegible] mant: Ita offenſa tametſi per ſe non capitalis, tamen ſæpius [illegible] capitalem parit inimicitiam. *Lib.*11.*c.*21.

Vide Culpa, Crimen, Iniuria, Scandalum.

Officium.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOL.

OFficium, Græce καθῆκον, οντος, τὸ, κατόρθωμα, τάξις, [illegible] Hebr. *Can*, baſis gradus fundamenti, conſiſtentia firma, [illegible] firmus: à verbo *Canan*, collocauit aliquid ſuper firma[illegible] ſin. Alii deriuant à verbo *Canah*, quod ſignificat cognomina[illegible] quem ab officio, dignitate, præſtantia: vt magiſtratum, princ[illegible] &c. quod re vera talis eſſe debeat. Officium dicitur. *dhabadh* [illegible] uitus, ſeruitum, cultus, à verbo. *dhabadh*, ſeruiuit alicui tanquam ſeruus hero ſuo. Honores certe ſunt onera functionesque [illegible] blicæ, tum priuatæ dominantes ad ſeruitutem reuocant. 3. *Pekudah* viſitatio, inſpectio, præfectura, commiſſio, à verbo *Pakah*, [illegible] uit, inuiſendi curam ſuſcepit, & commiſſi muneris partes [illegible] 4. *Miſchpat*, Iudicium, officium iudicis, à verbo *Saphat*, [illegible] iudicauit. *Sophet*, iudex qui officium ſibi commiſſum implet [illegible] cioſus eſt re ipſa. Eſt autem officium, actus congruus cuiusque per[illegible] ſonæ. Vel ſic: Officium eſt, quod quisque efficere debet pro [illegible] ſonæ conditione. In quo animaduertere oportet, quid loco con[illegible] niat, quid tempori, quid rerum aut perſonarum dignitati [illegible] ab officio, cis, quo antiqui pro efficio, vtebantur. Hinc offic[illegible] citur obſequioſus, & qui facile merentibus exhibet honorem [illegible] officioſe, id eſt: cum officio & obſequioſe. Officium etiam [illegible] magiſtratus, vel quia honoris gratia inſtitutus eſt, vel quia [illegible] populo fert, vel quia ius, quod vnicuiq; debetur, reddit. Cæter[illegible] artes actionem ſuam officium vocant, vnde officium Gram[illegible] officium Medici, officium Architecti. Hinc fit officina, id eſt [illegible] in quo artifices ſua opera faciunt. Differt autem à taberna [illegible] ficina eſt, vbi opera efficiuntur: taberna, vbi venduntur, [illegible] ces & tabernarii dicuntur. Cicero: *Opifices & tabernarios a[illegible] nem illam fecem ciuitatum, quid eſt negotij concitare?* Tam[illegible] iam antiqui caſas dixere, quod ex tabulis fierent.

¶ Sententiae Poeticae.

Horat.ſerm.3.

Si male rem gerere inſani eſt: contra, bene, ſani.

Plaut.Ru.

Vigilare decet hominem,
Qui vult ſua tempori conficere officia:
Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro, & cum malo
quieſcunt.

Ter.Adelph.1.

Hoc patrium eſt potius conſuefacere filium,
Sua ſponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater, ac dominus intereſt: hoc qui nequit,
Fateatur neſcire imperare liberis.

Ouid. 3. Pont.4.

Pectore te toto, cunctisq; incumbere neruis,
Et niti pro me nocte dieq; decet.
Vtq; iuuent alij, tu debes vincere amicos
Vxor, & ad partes prima venire tuas.

Propert.3.4.

Omnis enim debet ſine vano nuntius eſſe,
Maioremq; timens ſeruus habere fidem.

¶ Sententiae Philosophicae.

Virtutis proprium eſt officium in alios beneficia conferre [illegible] quam ab aliis accipere: & quæ recta ſunt & honeſta, facere, quæ [illegible] gitioſa & turpia, non facere.

Negotia ſuſcipimus, vt in otio ſimus: & bella gerimus, vt [illegible] viuamus. Ac virtutum quidem vſus, & munera earum, qua[illegible] ctionem rerum valent, in ciuilibus bellicisq; rebus vigent ma[illegible] quæque in his verſantur officia, negotioſa videntur. *Ariſt. lib.* [illegible] *Ethic.*

Nullæ vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neq; forenſibus neq; domeſticis in rebus, neq; ſi tecum agas quid, neq; ſi cum a[illegible] contrahas, vacare officio poteſt. In eoq; excolendo ſita eſt vitæ ho[illegible] neſtas omnis; & in negligendo turpitudo. *Cic.1.Offic.*

¶ Apophthegmata.

Thraſeas dicere ſolitus eſt, ſuſcipiendas eſſe cauſas amicorum [illegible]

…tas, aut ad exemplum pertinentes: amicorum, quod ex …tarum, amicorum communia ſunt omnia: deſtitutas, …is potiſſimum & conſtantia agentis & humanitas cernere …d exemplum pertinentes, quia plurimum referret bonum an …m ducem haberent. Frequenter enim bonæ cauſæ vitio pa… …um vincuntur. Expedit autem ad bonos mores, vt in iu… …ſuccumbat prauitas, ſuperet innocentia. *Plin. in epiſt. ad Qua…*

…ſmundus Caſ. Coram Sigiſmundo Romanorum Imperato… …m gloriabundus quidam eques vrbanos magiſtratus parui …, tribunoſque militum laudibus in cœlum tolleret. Tace, … Imperator nulla nobis. ô Thraſo, militia opus eſſet; ſi ſuas … ciuitates prætores, cæterique magiſtratus moderate iuſteq; …rent. Senſit autem, vbique terrarum pacem tum fore, ſi …ratus leges defenderent, & omni loco ac tempore diligenter …pedirent officium. AE*neas Sylu. lib, 4. comment. de reb. geſt.*

Æneas Syluius, legens Ennium vetuſtiſſimum Poetam, homi… …idos non homines quidem, ſed homones appellaſſe; dixiſſe …: Ennius certe, ſi pleroſque noſtri ſeculi reges contemplatus …redo non reges, ſed regones appellaſſet. AE*neæ dictum leges … eius Commentar. 1. de rebus geſtis Alphonſi, ſectione* 54.

¶ Similitudines.

… Anshelmi. Oues ad hoc habent, vt lac ſibi & lanam ferant: … vero, vt terram exerceant: canes autem, vt tam oues quam … lupis defendant. Si igitur horum quodcunque animali… …m gerat officium, illud ad vitam dominus ſeruat: quia etiam … eſt vita. Si ergo officium, quod eſt ſuum, non egerit, mor… …iudicatur dignum, quod eius vita nullum fert fructum. Si … lac vel lanam non attulerit, bos autem terram non exer… …quem alium fructum ferre poterunt? Rurſus, ſi canis cu… …pecudum deputatus, eas lupo permiſit laniare, aut eaſdem i… …illos canes cœperit ſtrangulare: quid aliud dominus agere … eum obruere? Sic & Deus de illis ordinibus agit, quos … diuerſa in hoc mundo diſpoſuit: Quoſdam namque, vt …monachoſque ad hoc ipſum diſpoſuit, vt pro aliis orent, … vt oues lacte prædicationis eos imbuant, lanaque ſui bo… …pli feruentes in Dei amore faciant. Alios vero, vt agri… …ad hoc diſpoſuit, vt de ſuo velut boum labore ipſi viuant. … Quoſdam etiam, vt milites, ad hoc inſtituit, vt aſperitatem …fuerint, oſtendant, tam arantes, quam agricultores ab … gentibus, velut à lupis, defendant. Si ergo ſui quiſque … officium impleat, longam promeretur vitam; quia cætero… …ad vtilitatem. Si vero iſtud agere noluerit, vita ipſa in… …ibit, quia fructum non affert, propter quem viuit. Si e… … monachique orationem vel prædicationem aliis im… …el etiam bonum exemplum prætendere, aut terram agri… …erint excolere: quod aliud officium poterunt explere? … milites alios defendere noluerint, aut etiam more rabido… … eoſdem aut ſeipſos occiderint, vel oppreſſerint: quid de … quod de rabidis canibus, debet fieri, vnuſquiſque ſui ordi… …officium, ne & totum quod viuit deputetur mendacium. *…itudinibus, cap.* 127.

… Vt nec medici, nec imperatores, nec oratores, quam… …præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum ſi… … & exercitatione conſequi poſſunt: Sic officii conſeruandi …traduntur, illa quidem, vt facimus ipſi. *Libr. 1. Officio…*

Quemadmodum leges omnium ſalutem ſingulorum ſaluti ante… … Sic vir bonus & ciuilis officii non ignarus vtilitatem publi… … magis quam priuatam curat. *Lib. 3. de finib.*

… Quemadmodum qui iaculari diſcit, deſtinatum locum … & manum format ad dirigenda, quæ mittit: cum hanc vim …ſciplina & exercitatione percipit, quocumque illa vult, vtitur: … enim non hoc aut illud ferire, ſed quodcunque voluerit: Sic … ad totam vitam inſtruxit, non deſiderat particularim admo… …doctus in totum, non quomodo cum vxore ac liberis viuat. Si … oculis oppoſitum moratur aciem, remouendum eſt: illo qui… … non abiecto operam perdidit, qui præcepit: Sic ambulabis, … manum porrigens. Eodem modo vbi aliqua res obcæcat a… …um, & ad officiorum ordinem inſpiciendum impedit, nihil … qui præcipit. Sic viues cum patre, ſic cum vxore. *Lib. 2. e…*

Quemadmodum in pecuniis, qui duos lucratus eſt aureos, pro… … eſt ad decem, ad viginti colligendos congregandoſque: Sic … & in virtute: qui fecerit bonum opus, officiumve præſti… …, extimulationem aliquam aut exhortationem ad agendum …, vt alia quoque benefacta aggrediatur. *Chryſ. ora. 14. contra …*

¶ Adagia.

Τίς ἡμέρα.

Plutarchus tradit, hoc dici ſolitum de his, qui conuiuium agunt, … exhibent, idque inde manaſſe, quod olim apud eos mos fuerit, vt … magiſtratum inirent, epulum exhiberent populo. Quod ſi quando plures fuiſſent magiſtratus dies inter ſe diſtribuebant: Itaq; cum ſibi occurrerent, rogabant: τίς ἡμέρα; id eſt, quis dies? Ea vox in vulgo ioco ceſſit.

Ordinem deſerere. λιπεῖν τὴν τάξιν.

Ordinem deſerere dicitur, qui deeſt officio ſuo in re quapiam peragenda.

Penſum perſoluere. *Plautus.*

Eſt ſuas implere partes, debitoq; perfungi officio.

Contribulis factus ſerua ordinem.

Poſtquam aſcitus es in ordinem aliquem, fungere tuo officio, quemadmodum & cæteri faciunt.

Vide Magiſtratus, Princeps, Rex.

Oleum.

¶ Definitio: et Etymolog.

OLeum, dicimus, & oliuum propinqui illo oleæ liquore ἔλαιον Hebr. Hiſtar à verbo *Tſahar*, pellucidus & limpidus fuit, dicitur etiam *Schemen*, à pinguedine? & deriuatur à verbo *Schamen*, pinguis fuit. Hinc latinum *Sumen*, i. pinguedo infra vmbilicum.

¶ Loci Biblici.

Oleum lapidi à Iacobo extructo ſuffunditur, *Geneſ. 28. v. 18 & 35. verſ. 14.* Oleum Tabernaculi lucernæ, *Exod. 27. verſiculo* 20. Olei vſus, *Pſal. 104. v. 15.* Oleum mulierem Eliam paſcentem non deficit, 1. *Reg. 17. v. 16.* Oleum quondam ſanitatis reſtituendæ ſignum, non autem medicamentum ægrotis adhibebatur, *Marc. 6. verſ. 13. Iaco. 5. v. 14.* Olei ſancti confectio, *Exod. 30. 25.* Oleum allegorice ſignificat gratiam Spiritus Sancti, *Matth 25. v. 4.* Oleum dat Deus diligentibus ſe, *Deut. 11. v. 14.* Oleo non vnguntur inobedientes, 28. *v.* 40. Oleo vngitur rex Saul, 1. *Sam. 10. v. 1.* vngatur infirmus à Presbyteris, *Iacob. 5. v. 4.* vncti ab Apoſtolis ſanantur, *Marc. 6. 13.*

Olea Chriſtus, *Rom. 11. v. 71.* Oleaſter populus Gentium, *ibid.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Oleum ad arcendam vinolentiam valet, & ſorbitum facultatem præſtat potandi, quod vrinam ciere poteſt, & vino hauſto iter regit. *Ariſt. problem. ſec. 3. tex. 34.*

Oleum & cera cur ſolis calore candeſiunt, caro negreſcit? quia illa ſol propterea candefacere poteſt, quod humorem nimium eximat: nigricat per naturam, quod per humidum eſt, propter humoris terreni miſtionem, carnem vero, quod nullam inde humoris copiam detrahit, adurit, atroque afficit colore. *Ariſtoteles problem. ſec. 78. num.* 1.

Oleum cur nullo cum humore miſceri patitur? Quia lentum, craſſum, continens eſt, nec vllas in partes tenues conficitur, & ideo nullum locum dat humoribus miſcendi. *Alex. Aphrod. problem. 2. num.* 8.

Olei partes omnes acris, quæ in ipſo oleo ſunt, propter frigus acquieſcere non eſt exiſtimandum, ſed tantum aliquæ eius partes, quia ſi omnes, non eſſet amplius oleum. *Idem in 4. metor. c. 6 co. 27.*

Oleum omnibus plantis penitus malum eſt, & pilis aliorum animalium omnium infeſtiſſimum, exceptis humanis. *Plato in Protagora.*

Oleum dolorum leuamen eſt, *In Menex.*

Oleo veſpæ & apes necantur. *Ioan. Fran. Pic. Miran. in exam. van. doct gent. lib. 2. c. 22.*

¶ Adagia.

1. Oleum camino addere.

Eſt malo ſuppeditare fomentum, vt magis creſcat.

2. Oleum & operam perdere. *In vanũ laborare: fruſtra vigilare.*

3. Oleo tranquillior. *De homine qui præditus eſt leni ingenio, dictũ.*

4. Oleo mollior, lenior. Primum adagium deſumptum eſt ex *Pſal. 55, 22.* De blanditiis linguæ mollitiei, ſimillimis & ſub oleo aloes amaritudinem occultantibus alterum meritricis artes aperit, cuius palatum eſt lenius oleo, *Prouerb. 5. 3.*

Olfactus.

¶ Definitio. et Etymol.

OLfactus, Græce ὀσμὴ, ῆς, ἡ, vel ὀσμὸς, οῦ, ὁ. Quid autem ſit, quo organo, quo medio, quo obiecto vtatur, vide ſupra in arbore Animæ. Similiter de aliis ſenſibus, tam exterioribus, quam interioribus. Vide quæ antea de Odore dicta ſunt.

¶ Sententiae Philosoph.

Olfactus fit per medium, vt aerem vel aquam, videntur enim

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN